12932.bbb6.

COMPOSITIONS

IN LATIN,

PROSE AND VERSE.

BRITISH MUSEUM

CONTENTS.

	Page
TRIFLES lead to ſerious Events, ...	3
A future Judgment, ...	6
On Conſcience, ...	9
On Prayer, ...	12
Government; and ill Effects of Diſcord, ...	15
Nature and Sympathy neceſſary in the Drama, ...	18
Emulation in Avarice, ...	21
Abſurd to uſe Ridicule in ſerious Affairs, ...	24
Sapiens operis, &c.	28
Negligence or Looſeneſs in Poetry to be blamed, ...	30
Benefits accruing from Command of our Paſſions, ...	33
Command of our Paſſions, ...	36
Envy perſecutes Merit alive;—honours it dead, ...	41
Idolatry and Superſtition, ...	43
Degeneracy, ...	46
Qui eas sua temperantia, &c.	48
Næ ille, &c.	50
Muſic; or the Death of Orpheus, ...	52
Agrippina's Lamentation, &c.	55
Cave of Superſtition, ...	58
On Novel, ...	61

Death

CONTENTS.

Death of Bion, ... 64
The ſame, in Idea, ... 67
Menippus; or fooliſh and cauſeleſs Prayers of Men, . 69
Olympick Games, ... 72
Words and Actions (in the Drama) &c, ... 74
On King Edward's haſty Marriage with Lady J. Grey, 77
The Thames, ... 80
The ſame (a Fragment) 82
On Captain Bligh's dangerous Voyage after the Bread-Fruit Tree, ... 84
On Poetry, ... 87
Diſeaſe makes Men virtuous, ... 91
Part of 25th Chapter of Job tranſlated, ... 95
On Philanthropy of Jeſu Chriſt, ... 96
Omniſcience of God, ... 99
Repentance; or Aſh-Wedneſday, ... 102
Omnipotence of God, ... 104
Chriſtus triumphat, &c. 106
Verſes, ... 109
Command of our Paſſions, ... 112
Ditto, ... 114
Verſes occaſioned by Sulpicius' Letter to M. Cicero, &c. 116
Jeremiah *valuinatur*, ... 119

Compositions in Latin Prose and Verse.

TRIFLES

LEAD TO

SERIOUS EVENTS.

Hæ nugæ seria ducunt
Inmala———

CUM, quanti caſus inter homines eveniant, contemplamur, cum ſortem vitæque mortalis conditionem ante oculos proponimus, ne quidem privato Dolori alicui ſuccumbendum ſit velin vidiæ ſtimulis indulgendum, qui optima conſilia ſpes peritiſſimé extructas nil valere contra dextram fortunæ, ſed miro et incredibili modo diſtractas et everſas eſſe potis eſt videre: An res ante deſtinatæ fuerint, et fatalitas nos mortales in omni

vitâ, actione, et cogitationibus maneat ne quidem ſcimus, vel ſcire contendimus, tantas verò in communibus vitæ viciſſitudines ab ingeniis ſi non ita ſe res habeat, Ebrietas incendit iram? Cur jurgia et res nugatoriæ eventus teterrimos et liberæ civitati intolerabiles accendunt? Cur gladius, in ſingulari certamine, temeré ſtrictus eſt? Ne quidem errem, ſi morem eum, quo utimur, non modò deteſtabilem vocarem, ſed barbarum et ab humanitate alienum? ut nos quorum libertas dicitur florentiſſima et lex ſaluberrima, non modò non pœnis obviam eamus, ſed etiam indulgeamus, et labes ea quæ infamiâ turpiſſima quidem digna videtur, impune mutatur noſtra indulgentiâ, et honore floreat? velut gladiatorum Romanorum non vis in hoſtem dingitur, ſed in civem qui ſole eodem, iiſdem legibus, eadem patriâ eadem civitate, nobiſcum fruitur. Quam ſæpe videmus puerum (irâ ingraveſcente) pro nugis et nihilo certantem? Sic a Juventute rixis imbuimur, et pro nugis pugnamus. Quantula initia vitium et mores ſoluti (cum primum ſurgunt) habere videntur! nihilo minus hæc, ſemel neglecta, velut felix agreſtis ſe latius extendunt, et ſegetes mentis meliores exterminant

et virtutem honeſtiorem. Quis libertatem noſtram ab una pugnâ feliciter habitâ, ſurrixiſſe credat? Quis poſterarum gentium Gallicum tyrannum a ſenatu modo humili et auctoritate exutum amiſiſſie honores, et libertatem? Etiam, ſi exempla veſtuſtiora placeant, Roma antiqua de prædonibus et face gentium comparata quantum in caput ſurrexit! Mulier ſtuprata fuit cauſa, cur Tarquinii expulſi bellum gerent, et in mediam gentem, ope peregrinâ, cum copiis penctrarent! Urbs Troica, quondam inter Phrygias pulcherrima fuit unius libidine at infamiâ in cineres everſa! Nos verò, ſicut in bellum, quodcunq ſit eſſemus parati, non tamen ſine cauſâ temere arma capiamus. Provacati et ſemel laceſſiti Virtute ſolitâ utamur.

A FUTURE

JUDGMENT.

Αλλα δικη κιχει παντας.

UTCUNQ' vel philoſophi vel poetæ de ſuppliciis æternis, vel felicitate noſtra diſputaverint, in hac re tamen conſentiunt, nempe, "judicium fore et ante tribunal omnipotentis reos ſiſti, ſive ii bonam vitam aut impiam duxerint, ſive beatam aut infelicem æternum ſunt acturi." Majores noſtri, quamdiu hæc ſententia inter eos manebat (etſi ſuperſtitione obvoluta) nunquam non virtutem excolebant, ſcelus autem averſabantur, adeò mortales in officium cogere et in eo retinere timor neceſſarius videtur. Poſteaquam verò poetæ hanc opinionem quaſi ridiculam irriſerint, quod ſcelus non audebant? quem modum habûere voluptatibus? quod frenum licentiæ?

Iis

iis feliciores, nos ob religionem ſumus beati: eſt nobis fides bene ſtabilita et in regno Chriſti verſamur. Spe dubia non ducti, quodcunq' Deus creavit aut inſtituit in melius feciſſe credimus: illi debetur laus, et ſempiterna nomen gloria coronet! Quoniam nonnulli (eos dico quorum mens nihil ſupra terras erigitur) juſtitiam Dei audent accuſare, et impietatem confirmare argumento, quid huic reſpondebunt? Judicium fore, in quo etſi calamitatibus humanis afflicti, boni ſuis premiis non carebunt, et virtus, etſi ſera, ample remuneabitur. Hæc enim mortalis vita quæ ſibi gaudia ſtabilia jactat? Si mali forſan donis fortunæ et ſucceſſu in hac coronentur, nequaquam erunt in poſterâ. Nec fluctus maris magis fragilis aſſurgit iis, qui tantum eriguntur, ut donuo decidant. Quodcunq' hic patietur virtus, nonne æterna felicitas ſatis ſuperq' compenſabit? Æternitas involvit mentes et cogitationem humanam, et errore amiſſus eſt qui aut finem inveſtigare conatur aut tempora non numeranda ſequi. Spes judicii, dum fit ad virtutem incitamento, voluntatem noſtram a mundi primordio

mordio liberam fuiſſe neq' fati catenis, ſicut aliqui volunt, obtrictam docet; virtus exercet ſuas facultates libera, non fato compulſa. Sin aliter, ubi conſtat laus merito? aut cur pœna contra innocentem acuat vires? Infortunii calamitates accedunt ad bonos ut patentiâ mitigentur; ſed malos voluptates ſequuntur ut nitorem perdant, et proindé non homines deſiderio moveant.—In Judicio tandem caligo ignorantiæ relinquet oculos, et in proprio veſtitu pietas clareſcit: non ibi fallacia decipiet, ſed poſtea bonos cœli heredes, et improbos in miſeriam emigrantes videbimus.

ON

CONSCIENCE.

Nil conscire sibi.

NULLA pœna quæ extemplo vitium ſequitur nulla compenſatio quæ virtutem major videtur, quam conſcientia; ſcelus peractum nempé timor et ſolicitudines ſequuntur, jus et virtutem quid niſi letitia, et mens admodum tranquilla? Et niſi rerum facies aut mens paululum res experta nos fallat, nihil unquam verius, nihil melius fuiſſe dictum judico quam "Virtutem per ſemetipſam et mores ſuos honeſtos vigere poſſe, utpote quæ ſpes omnes et ſolatia in bené merendo depoſitas haberet, et plauſus expectaret divinos, non hominum." Unde enim, ſi non ità ſe res habeat virtus utitur fulgore ſuo, et vigore non mutuo ſplendeſcit? Unde juris conſcientia et

facti probati memoria? Quæ si simul ac pascatur, periret et evanescceret, quo solatio uteretur Virtus, quâ laude prestantia? Cæterum, tales in nos existit divina benevolentia, ut ambitiosis paululum virtutis, dederit facti, utcunq' sit memoriam, particula in pectoribus affixâ cujus in solatio virtutem requiescere invenias, vitium palleſcere. Illa est perquam partes vitii et virtutis adeò distinguuntur ut mens humana has amet et peractis gaudeat illis depressa sit et dolori suo graviter succumbat. Mœstitiam enim, sequi vitium quis negabit? quandò in seipso detestabile est et execrandum, necessario fit, ut ægritudo et merores illud persequentem et degenerantem in scelera mentem nostram, lege quadam fatali, pœnâ corripiant, et corrigant. Si furta si cædes, aut delicta iis leviora contemplemur, quibus oculis, qua mente, is qui fecit, aspiciendus est? Annè misereri ejus decet quem leges patriæ quem sua crimina ad lethum postulant? Nonnè potius indignabundi sumus, si pœnam forti effugiat? quam si effugiat tamen imago tristis et ipsum supplicium ante oculos versabitur?

Con-

Contumelias hominum et cæteros dolores pretereo, ſolum id nobis eſt conſiderandum quod et miſericordiæ dignius eſt, et perferre difficilius. Qua mente poteſt videre lucem quem jam civitas ejecit, quem ſtimuli conſcientiæ perſequuntur? Quod ſolatii reliquum eſt? Timet frequentiam et ſocietatem hominum propter inſidias; ſolitudinem propter conſcientiam ferre nequit, averſatur. Exempla inter Romanos in Siculos hominum talia perferentium, quot invenienda ſunt? cur Neronem aut Dionyſium cur in malum perferam? cur in bonum exemplar Ariſtides aut Socratem? Quot inter nos etiam vixere, qui cauſâ religionis obierunt, et gaviſi ſunt? Sunt qui audent ſequi virtutem propter honorem, ſunt qui propter amorem ejus; nos verò ſive ab amore ejus aut honore perſequimur, eam non ſine curâ non ſtudio colamus, ita felices exiſtemus, et virtutis pulchritudinem omnibus rebus humanis anteponemus.

ON

PRAYER.

Prece numen adora.

CONTEMPLANTI et ſepe volventi mecum de neceſſitate et precis auxilio, ea res occurit "Nihil ſcilicet benignius eſſe datum homini nihil poteſtate dignius, quam ea vis animi qua inſtruimur ad agendas grates illius indulgentiæ, cui debemus vitam et vitæ ſolatia, liberos, conjuges, libertatem; cujus auſpicio artus in officio peragendo diriguntur et ſpes animæ in ceternum prorogatur! Quid facilius eſt, quid juſtius animo grato? qui parenti ſuo proter tot et tam preclara erga ſe beneficia unam poſtulatam rem, in precibus donandis, ſcilicet perficiat. Servus mehercule mortali domino inſervit, et turpiſſimo obſequi

obſequio eum colit, et rèx a ſuo grege timetur; ille autem qui nutrit nos veſtit, et prolegit, cœleſtis Parens, laude et precibus, quas meruit, unus carebit? Cæterum quoniam inter nos verſantur, qui Deum propter beneficia negligunt colere, ii juſtitiam ſaltem reformident! Preces in adverſis rebus animum ſolantur in proſperis temperant. Ubi enim videmus hominem, qui ſpe etope in Deo poſtitis, fluctibus infortunii patitur naufragium? Licet omne bonum deſeras, licet calamitas ipſa et horrores capiti minitentur, mens quaſi ſibi arridens, Deo plaudet et omnino in recto ſtabit. Malum res poteſt, non animum frangere. Unde enim tanta ſpes in honeſto? unde fiducia? aut cur non potius mens in cauſâ religionis agitata, tormentis circumſtantibus merore collabitur et langueſcit? Cur, corpore excruciato, triumphat animus? Cur dignitas in mente non ſentit dolores et ſpiritum placidè exhalat? Quippe ſolamen et ſpes tota in Deo coleocatur; eum reſpicit auctorem, et etiam inter pœnas veneratur. Contrà quam animum proſperis utentem molluint! In voluptatibus mediis, ubi imbecillitas noſtra ſepius erumpit

erumpit, et religione quaſi ludibrio, utitur, revocant nos in officium ſupplicationes; et jam nimis imbutæ gaudio menti ſuccurrunt, et (antequam Impietas altius ingraveſcit) vitio expurgant. Quodcunq' aggredimur, prece quam primum numen adorandum eſt, quippe in ejus manu ſtat fortuna et eventus rerum. Exime voces et facultatem dicendi, non tamen degenerabit virtus: quippe Deus qui complet omnia novitq', cogitationes noſtras, ſi modò juſtæ ſint, accipiet et vota et melius provehet. Pietas in mente non voce conſtat. Phariſæos enim, utpote magis humanæ quam divinæ laudis expitentes, Deus olim culpavit et indignatus eſt. Ergò, quia tanta viget et vigebit, ut ſperamus ergò nos Dei benevolentia, et beneficia et numero et fine carent, vitâ, quam ultrò nobis dederit in ejus honore utitet conſumere. Nobis nihil habeatur preſtantur, nihil humano genere dignius.

GOVERNMENT.

AND

ILL EFFECTS OF DISCORD.

POTESTAS unius tyranni ſepe anceps eſt, et pernicioſa multorum verò vix tolerabilis. Quod ſanè dictum bené teſtatur Lucanus "Omnis, inquit, poteſtas impatiens erit conſortis." Qui ſe priorem arbitretur, ferre nequit ſocietatem æmuli, nedum reprehenſionem: unde varii ſermones, variæ opiniones oriuntur; pro voluntate concordi et ſibi mutuo conſtanti, diſcordia contentionesq' prevalent, deniq' mens varia, mores ſoluti imo ſibi invicem repugnantes imperii cadentis fiunt cuſtodes et propugnacula. Diſcordia eſt tam publicis tam privatis rebus obnoxia. Quicquid

Quicquid honeſti eſt, quicquid virtutis extat in imperio, ſemel hac accedente, perit et degenerat: aut etiam ſi non pereat, ſi priſtinum decus amittere nequeat, quid contra ſeditiones et ruinam graſſantem valebit? Diſcordia, peſtis exitioſa, quot civium clades, quot domeſticas erumnas excitat! Aufert imperii decus, aufert originem ſalutis. Ne quidem ut memorem de aſperitate morbi, de virulentia; fac, ut hoſtis inter tot diſſentiones regionem aggrederetur, ubi defendentium virtus, ubi copia? In ſe dorigunt arma, dirigunt ſimultates animi, in mentibus regnat ſeditio, in corporibus licentia: judicemus ergò quantum hi poſſent ad muros patriæ defendendos, aut ad hoſtes propulſandos. Sive domi ſive militiæ rem gerimus procul a conciliis abſit diſcordia, procul a mentibus. In privata vitâ per hanc fiunt inimicitiæ, livor et ſuſpiciones: hinc amicitia ſolvitur, hinc nuptiale munus et conjugii ſolatia dirumpuntur. Lacedemonii, cum jam fortiſſimas urbes et preſidia Perſarum penetraſſent, Athenis deficientibus cito ad defendendam patriam et ſeditiones domi pacandas

pacandas coacti ſunt redire. Ipſa Roma, quâ nec majus nec ab origine mundi preclarius fuit imperium, diruta ſeditione tandem corruebat. Firmiſſima fœdera et civitatum conjurationes neſciò quomodo dis rumpi et non diu ſtare videntur, non tamen id in commune malum ſed bonum eveniſſe judico, ſi enim tanta imperia validè coaleſcerent, quid fieret de levioribus ? nos itaq', quorum rex nationes armatas et Europæ vires quaſi lance ponderatas ſervat, modo concordes ſimus quid ab exteris unquam verebimur ?

NATURE AND SYMPATHY

NECESSARY IN

THE DRAMA.

——flentibus adsint
Humani vultus.

DRAMATIS laus et gloria, nisi consequatur naturam et æmuletur, non permanens erit, sed instabilis; disciplina quædam, et ars ab exordio usq' ad finalem partem desiderabitur; operis personas confundet error, totiusq' narratio tractabit heroas quibus neq' loci militantibus nec tempus viventibus, adjudicatur: immò vero Claritas (in quâ styli perfectio, et coalescit pulchritudo) quasi rupes horrida et naufragiis quædam timenda, longè evirtabitur. Natura in animo

animo impreſſit affectus preſenti conditioni idoneos, ſive nos ad riſum, ſive ad iras incitaverit, aut commiſeratio (quâ nihil jucundius, nihil dignitati humanæ tantum reſpondeat) lacrymas allicuerit. Illa nimirum ſympathetica quædam virtus lenit rigores infortunii, et poculum calamitatis benigné temperat. Neq' enim laudes, aut plauſus humanos quærit avida ſatis præmii ſuperq' "ſe in virtute fuiſſe preſtantiorem" exiſtumabit. Benè moderata per hanc effulget Virtus, et barbaries heroum, hac duce, inſolitos honores famamq' ſibi adjudicat. Enſis in bello ſtringatur promptus ad occidendum, ſæpius vero ad conſerrandum hoſtem. Qui vicit inimicum laudem emeruit, ſed majorem ille qui capto pepercit. Privatis non ſecus, ac publicis rebus hæc virtus eſt obnoxia. Cæterum quis affectus animi dulces, quis pinget in violandam illius requiem? qui labores ſocii, relevaſſe gemitus clamantium et communia hominibus infortunia, ſibi conſcius eſt? Solum benè novit, ut qui ea ſit expertus, miſericors, et ſi in aliquo vitæ ſtatu deceat mortem laceſſere, decet in hoc. Hactenus tragedia non modò inter delicias, verum etiam queſtus

hominum ſit numeranda, per quam animus cultură ſolet emolliri, et dolores non ſuos miſereri condiſcit. Exponendo vitium crudelitatis, in mentes auditorum ſympatheticos dolores, et lenitatis amorem, inſtillaverunt Poetæ: hinc ſatiras, hinc artes et inter barbaros, leges inſtituêre. Etiam lex naturæ inter predatores eſt habenda, cogniti ſunt affectus: et licet ſoluta vita, quam ducunt progreſſui impediret, non tamen virtutis veſtigia penitus excutiet aut fontes emorabitur. Sophocles et alii inter tragicos clariſſimi et honoratiſſimi viri, uſi ſunt verbis quæ fuerint pathetica et affectibus plena; propterea quod alia non delectabant nec proinde movebant auditores. Et de noſtrâ gente quot memorem poetas, quorum cum ſucceſſu doctrina vires, et Scientia gradatim adolevit?— Βελτιστος δη λαδα καν εξ ανθρωπων μεγιστος ουδοσο Ποιητης Αυωνιυ nil præter naturam eſt ſecutus in operibus ſuis, quis tamen imagines elegantiam aut ardorem genii et concordes animi motus nupèr equavit aut olim imitabitur? Ergò, quicunq' drama ordeatur olim ipſe vires et in venis ardorem miſericordiæ foveat, ita lacrymæ ſunt verbis cienda, ita flectendi Spectatores.

EMULATION

IN AVARICE.

Hunc atq hunc superare laboret.

CUR tantopere cupiditatibus noſtris abutimur? ex hac ſcilicet origine virtutes potiſſimum degenerare inveniemus. Quid enim preſtantiſſimæ earum Virtutum quid dona naturæ ſecunda et utilia, ſi ſinem recte pretereamus valere poſſunt? quid fortitudo? quid emulatio? emulatio nutrix virtutis, qua nihil exiſtit magnificentius: nihil honeſtius eſſe poteſt. Hæc verò magnificentia in malum noſtrum convertetur, hæc honeſtas quæ nuper inclaruit, fiet labes et turpitudo: ſi æmulatione abutamur, ſi eam ab officio violenter abſtrahamu. Imitemur ergo vitæ exempla clariora

clariora et preſtantiora; adverſemur eis, quæ cunq' a naturâ vel virtute videntur aliena. Hic quidem neceſſario ſub mentione noſtra cadunt divitiæ, quæ velut carina graviter gubernata, inter prudentes fient auctæ et honoratiores, inter ignaros verò peſſimæ. Opum ſitis invida emulatione exoritur quæ, non inter laudanda ſed turpiſſima conſilia, exercetur. Quid enim ultra ea, quæ poſtulat natura, petitæ opes ad noſtrum commodum adjicere valent? Quid enim in ſe habet ſuperfluitas tam exoptabile tam divinum ut illius deſiderio tabeſcamus? ut in illâ querenda ſit omnis vita, labor, et ingenium noſtrum confuſa penitus et perdita? At hæc ſitis, quecunq' ſit, faſcinat plures: et allicit non invitos. Tanta eſt, ut ſi avarum roges, cur ſervile opus ſine fine ſequatur? cur non tandem laſſus fatiſcat? inquit "Timeo paupertatem, et mala ejus quibus, nihil unquam ignobilius nihil difficilius, ferendum videtur. At nonne timorem inſane parem aut majorem ipſo malo eſſe exiſtimas? Omitto fures, pretereo omnia incommoda et rerum caſus, quæ omnia nullo quidem conſilio nullâ ratione (in quam incideris) evitare potes.

Anne

Anne divitiæ te carum civitati dilectum amicis et familiæ gratiſſimum reddent? Num liberi tui præinopiâ victus contracti et doctrinâ et moribus neglectis, te velut Parentem ſuſpicient? At puerum tibi et tuis mandatis omnino ſervientem et tuis infeſtiſſimis conſiliis quondam imbutum qualem civem fore credis? quâ virtute ornatum? Abeſt veró is amor mutuus inter te et filium: a teipſo violatur: tu naturam dedecoras, et in vitio uſq' verſaris. Nec tuam avaritiam Prudentiam, ſed veſaniam voco. Puta quod flagitat natura quod affines? Ubi charitas, ubi mens unquam miſeriis aliorum mollita? Cogita preces inopum quas tu negligis et obduratus nequitiâ uſq' aſpernaris. Deniq' tu fruſtrà vivis; tu nulli niſi tibi metipſi et cupiditatibus tuis, inſervis: a juventute preces humanas et mala contemnere ſoles, nec tibi meta laborum aut fines erit, donec cum vitâ ſimul hæc inſtabilis emulatio ceſſabit.

ABSURD

TO USE

RIDICULE IN SERIOUS AFFAIRS.

——Ne sic, ut qui jocularia, ridens
Percurram.

FREQUENTISSIME ante oculos ponere, et non parva dubitatione rem eam contemplari mecum ſoleo, num viri qui telis et ope Satyricâ in bonâ cauſâ et virtute promovenda, utantur, laude digni ſunt? Communis ratio inquit, certiſſimè. Modus vero in hoc ſicut omnibus aliis rebus, ſervandus eſt et hi Satyrici dum vitia minora tactum alliciunt, feliciſſimo et optimo modo corrigenda, Virtutem potiſſimum venerentur, ne dulcia aceto corrumpant, ne ſacra cum ludicris commiſceant. In rebus ſacris et ad religionem vel morale officium pertinentibus,

quidam

quidam timor, quædam venerabilis in mente Sanctitas non modo ſervari, ſed coli debet in tractando lenes eſſemus, injudicando deliberatiſſimi. Ergone, quoniam in tali opere verſati nequaquam hilares eſſe debemus, et cavillari turpiſſimum eſt nonne patet, eos vituperio omninò eſſe dignos, qui velut gladius inutilis conanter mores inhoneſtos in bonos converte, ſententus pudendis et cavillatione quadam invidâ: deniq' non orando et argumentis malos evincendo ſed laceſendo, et oppugnando? Ita res eſt ſi nomine uti concedatur, impia et prudentia et ratione abſona, ut mihi quidem videtur.— Neq' tamen, quod abſimillimum eſt (ii enim qui præ pudore, vel timore deriſoris quo publicé vitia exerceant, prohibentur, nunquam non privatim nequitiæ indulgent) ſi finem conſequi, ſi radicem malæmentis evellere poſſemus, debemus ita ſeriis ludere, et nugas cum ſacris commiſcere. Quid autem Satyrâ ſi eâ abutamur deteſtabilius, quid nocentius? quæ, neq' virtuti nec dignitati celeberrimæ parcit ſed omne quod bonum vel honeſtum marcere facit neq' conſuetudinem

amici dilectiſſimi (modò ſibi gratificetur) curat amittere. Nec tamen Satyram in quibuſdam vitæ rebus utilem eſſe negamus. Sunt nocuæ cupidines, eſt avaritia eſt ebrietas hæc tela effundat, hæc oneret vituperio, aut (ſi velet) infamiâ. Quacunq' verò ſe flectat abſtineat a ſacris nec divina polluat. Suadeat hominibus temperantiam, ſuadeat doctrinam omnes virtutes colat atq' hortetur! His quidem et talibus hujus modi floreat contentus; Satyrâ quaſi purgatione humanæ mentis utatur non telo invidiæ. Quacunq'Virtutem Epigrammate laceſſitam videmus nonne oculos indignabundi avertimus, et vulnus non forte quidem, ſed inhoneſtum judicamus. Non quidem hominem ſed vitium pallere faciat! Sicut ne ultra fines tranſcurrat cavendum eſt, ita ne Satyra vitium graſſari vel gaudere ſinat, videndum eſt. Polire ætatem illius ſit mores in urbanitatem compellere; et minora hominis ornamenta in pectoribus noſtris inſerere. Huc quidem ſi ſtimulos vertat, opus communiter optatum, iniret, et ſeſe civem ſocietati utilemet carum Scriptor edderet. Nihil enim comitate

ſuavius

ſuavius nihil dulcius nihil honeſtius. Itaq' ſi comitas adeò nobis placeat, nonne eum, qui promovet urbanitatem, laudabimus, et mores elegantes laudantem et exercentem, quid vetat, quin eſtimatione noſtrâ, aut etiam amore, libentiſſime ſequamur ?

Sapiens operis sic optimus, &c.

QUÆNAM hæc, inter ſapientes, arrogantia? vel cur Stoicus tantâ vi tantâ inclementiâ in malos invehitur? Semper intelleximus, eam eſſe virtuti laudem, ut lenitas et manſuetudo nunquam non virum emendatiorem et inſigniorem reddat. Ea enim indulgentia is amor peccanti debetur, ut eum foveamus conſilio et verbis adjuvemus, deniq' non hominem rejiciamus; ſin aliter ne perſequamur labantem, ſi non illi ignoſcere poſſumus. Nulla enim inhumanitatis laus, nulla gloria eminere debet. Sors enim mortalium eſt neminem vitiis carere: ii beatiſſimi ſunt qui levioribus laborant. Quæ verò lex, ô Stoice, tantam audaciam ſancire poteſt? væ tuam ſævitiam! væ duritiem non homine dignam! es homo, es eadem lege natus quâ nos; nec quia ſapiens vocaris impunè ergo pecces. Salutarem verò et tempeſtivam pœnam eſſe contendis; non hoc ex contrario pugnem; abeſt vero a te juris

equitas

equitas abeſt ſeveritati modus.* Si ſapias, teipſum ſapientem præbe; te inter cives tuos numerat reſpublica, cave, ne civis nomen violes. Sin vero clementiæ fines tranſilias quid queſo eſt honeſtius, quam culpa benignitatis? adeo magna Imbelle eſſe miſericordiam profiteris: age vir fortiſſime, tenta periculum; ſemel in vitâ delinquens experire virtutem mentis iſtius, et da vitam legibus. Ne quidem extimeſco te in teipſum non eſſe mitem, etſi in alios ſeverus. Si quidem hominis eſt nullâ penitentiâ molliri, delicto nullius ignoſcere, in opinione tuâ manere te jubeo, ſin aliter: mitte formas auſteras et inutiles; exprome ſapientiam: iſtas ſententias concute: melius enim eſt errores confiteri, et Virtutem ſerò complecti, quam ſemper in vitio obſtinatè verſari.

---

* Vis enim oſtendere nobis nullam virtutem honeſtam eſſe poſſe niſi duram et acerbam, clementem non eſſe, niſi timidum et levem; væ opiniones veſtras iniquas! væ Stoicam diſciplinam! Malum a malo differre negas quippe qui delinquat minimum, idem facit, acqui peccet plurimum. Quid me miſerum! ſi talia tuorum conſilia ſequeremur, quid reipublicæ miſeræ fiaturum eſt?

NEGLIGENCE OR LOOSENESS IN POETRY TO BE BLAMED.

Aut operâ celeris nimium curâq' carentis.

MIRABILE eſt inter Scriptores hujuſce ætatis quantum regnet ſocordiæ, quantum inter Poetas negligentiæ! Sin vere cauſam, cur hæc eveniant, accuratius inveſtigemur inveniemus "Poetas plerumq' judicare turpem eſſe in ſcriptis lituram, et perfectionem veram in licentia audaci non in curâ conſtare: deniq' ſententias eas et verbum quod primum ſcribentibus occurrit (licet vetus et impolitum) id maximum placere, id recipi." Opinionem quam vere ludicrum, et riſu dignum! Licet enim præter ſpem veniat in mentem ſententia, et imago quædam repleta venuſtate et naturæ viribus: ſi non tamen arte decoretur,

parum proderit incultum deſertumq' omnino Ingenium. Cæterum, dum culpantur hodierni Poetæ, ne quidem caſtigatione ſuà careant veteres; inſania quædam eorum mentes occupavit, cur memorem vultus auſteros, mores ſolutos, et propter ignorantiam ſupinos animos? et (velut a ſqualore ſit petenda Muſa) veſtium ſordes? Ne vero quis in vitiis ſed virtutibus eos imitetur, quod extet ingenium colat et admiretur, quod abſurdum vero ab eo abhorreat. Sicut labes quædam horrenda et pernicioſa in eventu, nimia feſtinatio, vituperanda eſt et a Poetis evitanda, quippe quam ſequitur et in communi vitâ nihil niſi damnum Fortunæ: Ratio dictare et docere nos videtur ut nihil inter homines diuturnum ſed caducum omnino manet: Poetane imbutus doctrinâ ſolum in memoria hominum vivet et verſabitur? imo laus eum decorabit et ipſa Poſteritas cum et nomen illius quaſi conſecrabit. Cur itaq' Poeta dubitat ſtudium in Poemate et diligentiam ſequi, cum tanta ſit merces et pretium laboriis? Nec quam longum ſed quam optimum reddiderit carmen, curet. Cuidam

enim

enim jactanti quam multa carmina indiem ſcripſiſſet, reſpondit Euripedes, " Tu ſanè peperiſti verſiculos quingentos uno die ego vero ſolum viginti ; hi cras peribunt, noſtri in æternum manebunt." Et nos etiam, ſi quondam juvenile poema aliquod proferamus, rarò in cœpto tenui diligentiam ſequimur, in hac parte ſi niteat virtus et eloquentia, et ſibi conſtet opus, in illâ degenerat deficitq' Caſtiganda verò eſt hæc ſegnities cui ſi poeta nimium indulſerit, nomen feret perſtulti, et ab hinc inter Modicus aut ignaros numerabitur.

BENEFITS

BENEFITS
ACCRUING
FROM COMMAND OF OUR
PASSIONS.

Animus si te non deficit æquus.

BENE et eleganter inquit Bion, "ζγωθισεαυ7ον" quippe in hac ſaluberrimâ dictione quodcunq' ad benè vel jucundè vivendum attinet, quodcunq' ab honeſto et ſapiente viro exigatur, breviſſime explicat. Poſſumus igitur pulchrè dicere hoc unum eſſe preceptum, in quo omnem virtutis pulchritudinem, omnem humilitatis et innocentiæ decorem, eſſe ſitum inveniemus. Quis igitur hoc tam laudabile ſequi dubitat? An in cœlum oculos erigere ii dignantur, aut Deum honeſtè exquirunt? qui licet cœleſtia excogitent, ſuam Naturam, quo vel undè orian-

tur neſciunt, qui officium creati omnino non intelligunt. Rectius ille hæc aggreditur, qui ſe prius agnoſcit, in quâ cognitione omnis honeſtas, omnis ſapientiæ laus poſita eſt. Et hoc fine quæſito, nempe integrâ de ſe ſcientiâ habitâ, imperium in cupidates facilè tentatum eſt, quæ ſanè Victoriarum eſt maxima et philoſophiæ honor veriſſimus. Quam ob cauſam is maximus dicetur, item feliciſſimus evadet, qui animum ſibi prorſus parentem habeat, qui ſcit, quomodò optimè affectus temperet. Quæramus enim, ſi non ita ſe res habeat, cur ſapiens preter alios ab omni incommodo, omni mentis agitatione, et moleſtiâ liber eſt? Quid niſi morum ſuavitas et erga omnes alios cognita benevolentia, alieno odio et ſpiculis invidiæ, minus obnoxium reddunt? Quis tantum amatus eſt? quis tam amicis dilectus? Quid naufragiis fortunæ niſi Patientia et virtus animi, intactum efficit? non enim ſi in adverſas res aliquando incidat, aut inter anguſtias verſetur ullus fortior aut in ipſo periculo deliberatior, ſperat optima, tamen ad peſſima paratus eſt. Ob manſuetudinem colitur, ob

juſtitiam

juſtitiam eum admiramur. Si res in pejus diminuatur, nemo ſe fortunæ melius accommodat. Si morbo gravetur et mortalium corporum viciſſitudines patiatur, hoc ſolamen habet, neminem abſtinentiâ magis eſſe uſum aut luxuriam minus coluiſſe. Deniq' hic nulli rei magis aut ardentius dat operam, quam ad mores intaminatos et quietum animi conſervandam. Et quid ſapiente dignius, quam ita tentare vivere, ut te in omni re quam inculpatiſſimum reddas; et ſic vitæ iter eligere, ut dulcedines quam plurimas, impedimenta pauciſſima, invenias? voco enim eam dulciſſimam vitæ rationem, ubicunq' requies adeſt, optimam quà nulli offendimus.

COMMAND

OF OUR

PASSIONS.

Ille potens sui.

NIHIL difficilius unquam accidit, nihil homini res gravior inventa est, quam sibi benè imperare. Multi enim, ut aiunt, novêre seipsos pauci tamen ex istâ notitiâ emolumenti quid duxerunt, aut culpas emandaverunt. Quapropter ea victoria veré dulcis est, ea prestans et antes alias longè exoptabilis, quam in cupiditatibus extinguendis, quam in animo ipso vincendo, rite adipiscimur. Neq' enim dignús est qui homo vocetur, nisi in se potestatem habeat, nisi rationis vinculo libidines compescat. Ea enim res est hominibus digna, ea virum indicat. At nescio quomodo rerum secundarum fulgor et otium ignobile corrumpit eos, qui studiis honestis

et

et laboribus verſati, nunquam antea animum impotentem præſtiterunt. Vidimus exercitus victoriâ immutabili uſus, otio et ſecuritatis umbrâ languentes; vidimus Annibalem ipſum non minus fortitudine quam animo conſtanti celebrem, proſperis cedentem; ita vera eſt dictio, "Ubicunq' animus vacat, ibi vitio locus eſt." Neq' tamen ut omnino nos voluptatibus invii eſſemus, admoneo; quippe id mos gentium, amicorum vox prohibet, attamen ne aliquando nos ſubditos trahant, ne peſtilentiam inſerant in animo voluptates, cavendum eſt. Quid enim a ſervo diſcrepamus? niſi in libertate habendâ? at liberi nequeunt vocari, qui etſi non corpore excrucientur, tamen animo inſerviunt. Rara et nobilis eſt Æmilii Scipionis temperantia, qui liberandâ virgine, docuit Virtutem "eſſe vel apud hoſtes ſervandam" Romanamq' gloriam non magis in civium ſuorum fortitudine, quam juventutis abſtinentiâ, ſitam eſſe. Neq' enim fortis eſt vel doloribus vinci vel gaudiis ultra quam fas eſt evehi, timorem et ſpem nimiam fovere, ſtulti eſt: indignari non iraſci, offendenti

quaſi

quaſi fortuito, ignoſcere. Ibat Achilles par Hectori in fortitudine, in clementiâ neutiquam, ita eſt, ut dum unum indignabundi averſamur, alterius in manſuetudine libenter requieſcimus. Epictetus nihil clarius precepit quam "ανεχου και απεχου," ſi amicus offendat, feciſſe invitum credamus, ſi lædat nos hoſtis, nil extra modum fecit. Deniq' nihil eſt, quod nos hanc poſſimam ſervitutem ſequi, non prohibet. Imperatorii ſunt nocuæ cupidines, ne vel ultione vel pœna abutatur, civibus, ne quondam pertinaces ſint, et fidem tranſiliant.

LATIN VERSE.

ENVY

PERSECUTES MERIT ALIVE; HONOURS IT DEAD.

Extinctus amabitur idem.

Hor.

TU licet Hannibalem ſuperes Bacchive triumphos,
Non erit incolumi nomen, amice, duci.
Nec dabit egregio partam tibi Marte coronam
Gens, odia heu! vivos longa ſecuta duces.
Nec non ore fremens Virtuti livor obeo
Invidet, a Stygiis livor abactus aquis!
Livor quem nequiit niſi caſtigare catenas
Per necis implexas, Amphitryoniades.
(Caucaſeas licet ipſe feras et monſtra ſubegit,
Et madet occiſâ Gorgone tincta manus)

Novit enim ſolum populis odiumq' furores
Fracta ſepulctrali delituiſſe rogo.
Vel, quia nativas artes et munera quæq',
Exercere bonum clauſtra vetant Erebi:
Sive, quod amiſſi infeſtis latronibus, urbe
Serò laudatur reſpicituq' fides.
Corda quatit mors viſa feræ veneranda ſilentis
Per mortis faciem flectitur ipſe leo:
Quæ vivis, etiam laudatur charta, poetis?
Poſthumus his leto membra ſacrabit honor.
Bella gerunt urbes ſeptem de patriâ Homeri,
Urgebant vivum livor et orba fames.
Ingeniis noſtris Ovidi ſacrate, jacebas
Tu quoq' in Arctoo, flebilis exul, agro.
Quin cædes inter, juvenum celeberrime, victor
Gloria monſtravit quam tibi, carpe viam.
Si modo non abeat livor poſt fata quieſcet
Nec perit invidiæ laurus honeſta gelu.

IDOLATRY

IDOLATRY AND SUPERSTITION.

Θεὸς Θεῤα ποιεῖν.

O DEA portenti genetrix Divumq' repertor
Docta ſuperſtitio humanas malè fallere
Te celebro: ſedes olim tibi facta cavatâ
Stat rupe, hanc circum glomerantur ubiq' vapores
Condenſi et triſtis ſitus intolerabilis orci.

Extemplo auditæ voces tinctiq' Deorum
Igne crepant angues, Divorum et regia nutrix
Tantum nota ſuis requieſcit limine in ipſo
Hanc circum volitant Phentaſmata mille figuræ
Ad nutum portæq' ſedet fallacia cuſtos.
Iſacidum Divus conſertia regna Molocchus

Ecce tenet cædeſq' illum gemituſq' piorum
Uſq' placent; ecce ut fortitur candida membra
Sanguineaſq' dapes! ut fuſa altaria tabo!
Vi direpta gravi eſt placidis exterrita ſomnis
Servatque in leto quia neſcit victima, riſus.

At procul in luci Stygiis clamoribus exul,
Idem Heros Geniuſq' loci colit antra ſacerdos.
Hunc fera barberies orientis et horrida pubes
Conſulit ante colat martem quam aut fulminet enſe
Terq' ſalutati linquit penetralia templi:
Ille tegit fraudes lenteq' fluentia verba
Promit et obſcuras turbato pectore voces,
Aut pateras tenet aut ſublato lumine curſus
Proſpicit alituum aut mendacis ſomnia mentis
Aut vitæ finemq' et funera triſtia, pandit.

Non aliter quam ſi Æoliis demiſſa cavernis
Ilabra ſonant Arabum flexura ad litora curſus
Sic diraſque Erebi peſtes ad lumen ituras
Cernere erat. Violenta fames et prodiga vitæ
Gloria non patiens ciet illætabile murmur.
Ipſe quoq' ingrediens Druidas fanaticus error
Gaudet et hoſtili frendens inſania vultu—

Scripta

Scripta ſuper poſtes vivunt regalia templi
Nomina et heroum illuſtris bene vertitur ordo.
Romulus et longâ deductus origine Cæſar
Auguſtuſq' Neroq' et quot cecidere tyranni :
Additur immeriti nomen Buſiridos et Car
Cujus ab antiquo ſtat nomine Mauſoleum.

Vana ſuperſtitio, ſi per te mortua luce
Spiret imago novâ cultu humanove reponat
Herba decus nativum et conſcia ſaxa loquentur
Te veneror : lætorq' tuo manſueſcere cultu.
Sin aliter vitioq' ſoles illudere mentem,
Religio ſincera mihi mihi candida virtus
Pandet amica ſinus, firmetq' Eccleſia mentem
Illo ſonte quies et virtus criminis inſons
Nil metuat, quin ſi cœli labefacta mariſque
Fundamenta cadant et fuſa Elementa, videbit
Pura Deum dominantem et caſti inſignia Chriſti.

DEGE-

DEGENERACY.

Paterna animi indoles.

Socrates moriens.

HEU longum miſero minitata eſt tela ſenectus
Et priſcus marcet debilitate vigor.
Pallas an ingenii, ſapientem reſpicis, auctor?
A te fama orta eſt, tu retigiſq' oculis.
Qua fontes jactat perſacra Scientiæ, menti
Cur nati ignaræ vena negata patris?
Sit damnata mihi quæ in lucem protulit almam
Socraticæ tantum dedecus HORA, domo;
Non illi placuere togæ non Palladis artes
Nec mens Aonias geſtit adire lacus.
Non animum virtute fluens laus tangit avorum
Nec mihi qui mores, huic placuere, placent.

Fata

Fata date alma necem; patiar quid acerbius iſto
Quem ut pereat ſoboli ſic maculandus honor.
Quæ pater egregio geſſit ſub morte tropea,
Filius, indigno ſub pede calcat, iners.
At neq' ſic aquilæ, timidâ cum fronte, columben
Gignunt aut leporem, fortis ad arma, Leo.
Pænè ruit Natura atq' expiroſum debilis—arvis
Evehor Elyſiis—rumpoq' clauſtra necis.

Qui

Qui eas sud temperantia, &c.

CŒLITUM lenis domitor cupido
Mutat interdum Paphiam relictam
Vitreo grati Thamesis fluento,
Qua puer errat.

Eminus torquens humero sagittas,
Serviti tristis malesanus auctor,
Virginis pectus tenerum secundo
Perforat ictu.

Ut parat contra choreas pharetram,
Cernit et ludos oculo protervo!
Jam petens arcu puerum sonanti,
Jamq' puellam!

Nil valent anni, precibus parentum
Obserit duras jaculator aures,
Respicit vulnus, juvenumq' risu
Damna maligno.

Sive

Sive tu ſis vel puer aut cupido
Dic docet quis te reſonantis arcus
Fleetere aut nervo celerive telo
Unde poteſtas ?

Ira non diſcors, inimica peſtis
Non abeſt arcu rabies nocenti
Surripit vitas geticiq' Martis
Tela cupido.

Qui feras clades ſtrepitumq' belli
Haud ferox ullum timuit neq' arma
Gloriam lauri tibi cedit ira—
—Accenſus Achilles.

Te videns campis aramanthus olim
Marcet et ſubter pedibus feraces
Corruunt ſyloæ violæq' aduſto
Gramine pallent:

Tu ſed in victé O puer O Cupido
Temperans riſu gemitus amantam
Tu gelu cum ſole benignitatis
Solve Nearæ.

Næ ille, &c.

VERerat et Thameſis ſedit propé litora Damon
Carmen amatorium doctus verſuſq' ciere,
" Olim almæ (dixit) miſero ſalvete latebræ,
" Et triſtis circa pendentibus unda ſalictis.
" O ſi cauſa mali nunquam huc amor erro veniſſet;
" Si nunquam Leonoræ affiderat artibus olim,
" Gratia, nec linguæ melles nec vulnera riſu."
Ite domum impaſti, citius properate, Juvenci.
Ah quotes undas, ſoli mea cymba cadenti
Has ſuper invexi te te Leonora! dracone
Sævior, ah male cura memor dominæq' micantes
Ante oculos deſideriumq' et oberrat imago?
Infidum toties cur fixi in cortice nomen
Tu tamèn haud dubitas fallacibus impia votis
Adjurare Deos et numina læſa locorum?
Ite domum impaſti citius properate juvenci.
Sit precor illa dies infeliciſſima, quando
Teq' tuaſq' genas primum Leonora videbam

Litoreq'

Litoreq' in curvo flagrantia baſia fixi!
Sit miſera agricolis, domino pecoriq'! nec ulla
Plauſtra domi ſegetes morituras ulla reducent!
At demiſſa fames gliſcat mœſtiq' ululatus
Ingeminent longé per ovilia ſparſa luponim
Ite domum impaſti citius properate juvenci
Hei mihi quis riſus tales et lubrica lætus
Ora videt? quis te fruitur? dilectus adulter
Quas ſuper aerios montes te detrahet? eheu!
Intonſas rupes, pedibus nimis aſpera ſaxa,
Sin per Neptuni vitreas reſecaverit undas
Conſcia navis iter! pereas precor Æmule ponto
Exequiarum expers, privatus mole ſepulchri:
Phocarum inſani rimentur viſcera dentes:
Ite domum impaſti citius properate juvenci.
Dant lacrymas in me vertentes ora juvenci
Incuſantq' ſuum tacitâ cum voce magiſtrum.
Sic ubicunq' viam rapis indignate Cupido,
Sub pedibus pereunt mercentia lilia campi,
Et cadit in mediis hyacinthi gloria ſylviis!
Lacte carent vituli morbo periere fameq',
Squalent arva viri neglectu et fuſa colono
Marcet ubiq' ſeges, marcent rubigine campi.

MUSIC;

OR

The DEATH of ORPHEUS.

Dulces docta modos et citharæ sciens,
Mors Orphei.

QUO veni? aut rapior? (clamat perterritus
Orpheus)
Turba venit, roſei turba cruenta Dei:
Eripe me, ſi qua tibi carmina noſtra placerent,
O Pater, ô miſero ſis Tegeœe favens.
Cynthie, te venit orta chelys; te chorda magiſtrum
Maie vocat, precibus plaudat uterq' meis.
Non timeo mortem, non bis tenebroſa videre
Tartara, non equidem lucis avarus ego,

Si

Si morior periiſſe tamen non turpiter oro,
Sit tandem cineri gloria ſola meo.
Arte meâ poteram rabidos duxiſſe leones;
Nunc opus eſt citharâ, dignus et arte labor
" Cedite lymphatæ (ſacer eſt locus iſte) ſorores
" Cedite, Thyrſigeri turba cruenta Dei.
" Hinc procul inſanæ! procul hinc furor omnis abeſto,
" Non ſonus Aoniæ convenit iſte lyræ.
" Ne loca qua cantum meditor ne tangite ſedem:
" Hanc Di reſpiciunt, hanc violare nefas.
" Contemno ritus, et quem celebratis Iacchum,
" Noſtra viget ſummo dextera cara Jovi.
" En! ego dum dulces numeros et carmina necto,
" Carminibus ſacris ſolvitur omne nemus.
" Me tigres, triſteſq' feræ præſente quieſcunt,
" Ducitur et teneris Luna vocata modis.
" Hac citharâ Euridicen tetrâ de morte vocavi
" Et vidi infernas hac Phlegethontis aquas.
" At vos ô tandem furioſâ mente ſorores
" Parcite jam vati, parcite dura cohors.
" Et citharæ vis eſt et robur in arte lateſcit,
" Unde licet magicos elicuiſſe ſonos.

" Si

" Si ſaxis privetis humum ſi rupibus undas
" Innocuæ rupes ad mea crura cadent.
Proxima quæ cernunt, omnes in corpora fundunt
Vatis, at ante pedes omnia ſaxa jacent.
Donec ut attornitæ ſacrata ad tympana currunt.
Nil valet hæc contra nil valet omne melos
Sic periit quondam Muſis chariſſimus Orpheus
Sic ſacer effuſus fluxit in arva cruor.

AGRIP-

AGRIPPINA'S LAMENTATION

ON THE

IMMATURE DEATH OF GERMANICUS,

BY POISON.

Οινας αγει, &c.

VIDERAT obductos inhoneſto pulvere crines,
Membraq' funereum conjugis ante rogum
Viderat hæc mulier, dum talia pectore verſans
Fert cæſo lacrymas, ultima dona, viro,
" Tene ut ego talem videam, et fera lumina vultus,
" Sanguineumq' animâ ſic fugiente decus,
" Spe potui noctes et tædia fallere penſo,
" Temporis ingratas tot reſecare moras?
" Scilicet abſenti Piſonis dextra marito
" Hoc ſcelus, hanc rabiem mortis avara tulit!

" At

" At nigræ fraudis retinent oculiq' tumentes
" Indicia, et cædes ipſa per ora tumet.
" Undiq' ſigna veneni, arentes ſpiritus artus
" Deſeruit, ſolüit perpetuuſq' Sopor.
" At tibi magne Heros, ſedes recluditur orci,
" Et petis Elyſias pulchrior umbra domos,
" Dum me curat manet velamatum ſpargere lymphâ
" Formam, vel mœſto corpus honore ſequi :
" Me tamen intereâ miſeri implevêre dolores,
" Et lacrymas urgent vulnera cruda necis.
" Sæpius hinc audit noctu Philomela querelam
" Tiberis et fletus excipit unda meos :
" Hæc mihi ſola fuit tandem conceſſa poteſtas,
" Caſta pudicitiæ baſia ferre meæ.
" Outinam Diis forma tamen mutetur, et unà
" Oſſibus heu ! creſcens hæreat uſq' tuis !
" (Ipſe licet ferus atq' ærato pectore demens
" Tela quidem hoſtili vibret ahena manu
" Non dulci amplexu Cæſar divelleret unquam
" Impius, heu noſtri cauſa maligna mali :)
" Et manus illa, precor, pereat cum infeſta tyrani,
" Tum quoq' non meritæ torva miniſtra necis,
" Invide,

" Invide, te quondam damnabunt ſecula, Piſo,
" Nomen et inviſum Poſteritate feres,
" Jura animum poſcunt, letum non irrita poſcunt
" Et lex ultricis non violanda Deæ
" Infelix conjux, lenimine dulcior omni,
" Te ſine nil carum, tu ſemèl una quies!
" Letiferos hauſtus et tu fera pocula nôſti
" Et quantum invidiæ ſpicula lenta valent.
" Mors tibi dura fuit, fuſi quia rore cruoris
" Martia non circum rite tepebat humus:
" At pudor! unius cecidiſti inglorius aſtu,
" Et periit virtus turpiter acta dolo;
" Te tua buſta vocant, udoq' in litore flores
" Qua fidei ſurgent hæc monimenta meæ;

Epitaphium.

" Hic ſitus eſt Romæ, et Romanæ gentis alumnus
" Poſtera cui ducent ſecula nulla parem,
" Floruit Auſoniâ victor nutritus in aulâ
" Donec victri reddidit arma neci,
" Si quæras ultrà, cecidit Germanicus aſtu
" Urna capit cineres, aſtra petivit honos.

CAVE

OF

SUPERSTITION.

Somnia terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos lemures, et pocula Thessala rides.

HAUD procul a Stygii regno ſemota Tyranni,
Fatidicæ ſurgunt antra verenda Deæ.
Vana Superſtitio foliis ibi nixa quieſcit,
Mittit et in ſuperos regia juſſa Deos.
Quam circum infandi Manes glomerantur, et orcus;
Frendet et hoſtilem Nox tenet atra locum
Non ibi credulitas, nec abeſt inſania vultu
Tetrica, non Error fronte ſuperbus ovans!
At major comitum, longèq' potentior omni
Diviſum Morpheus ſubjugat imperium,

Namq'

Namq' (ubi languentes hominum Soper irrigat artus,
Errat et in totâ libera mente quies)
Victricis quondam dominæ ſera juſſa ſecutus,
Exſilit infernis ille Miniſter aquis.
Ecce ! implent ſomni decerpta papavera palmas
Virgaq' Letheo rore ſoluta madet.
Hac mediâ de nocte dolos connectit et ora
Oſtendit ſocium pallidus ante torum,
Pauperibus veciet gemitus, dum fictilis umbra
Profert in miſeros gaudia lapſa ſinus.
Aſt ipſum ſimulacra juvant, nutuſq' verentur,
Somniaq' alato concita turba gradu ?
Qualia percepit rector Cythereius, ut olim
Conſtitit Auſonio litore ſigna ferens :
Edidit heu ! ſomno voces cum flebilis Hector,
Viſus et hoſtili prêndere tela manu.
Qualia, cum torvam ſomno Priamëia conjux
Conceptam furiis edidit acta facem,
Unde tibi, ô Troja, Argolici ſua bella movebant,
Et noctu ultrices conſerûere manus,
Unde viam patefecit equus, clademq' Pelaſgis,
Et Priamus, Priami gens, populuſq' ruit.
Et te cur ſileam, ô Divæ fallacis alumne

Prodigium, terras inſuper ora ferens ?
Hinc gentes ſimulacra colunt et ligna precantur,
Queis neq' divorum vis neq' numen adeſt.
Cur memorem eluſas gentes regnumq' tyranni
Delphiaci ? exultans fraus ibi ſceptra gerit,
Cum ferus humanis canit aſpera Numina rebus
Mors implet carmen, flebilis Aſtrologi,
Auguriumq' canit labes, et crimina mundi,
Aut fera flebilibus concita Bella ſonis !
At niveas portas citius perituraq' regna
Suſpicit, et luctu collabefacta Dea eſt.
Turba quoq' haud illis minor aut indignior arte
(Aſpicio vultus) Theſſala turba venit :
Ducta per hos magos et iniquo carmine, cœli
Sedibus ethereis Cynthia rapta dolet ;
Amiſſum tigres deploravere furorem,
Et ſolito exutum mæret honore, Nemus.
Fons etiam nuper ſplendens ultroq' coruſcans
Vertitur a curſu : ſtringit et horror aquas.
Horror adhuc fremêrat Dis atq' immanibus auſis
Miſerat ingentes ſemper in orbe minas,
Gloria ni cœlo tandem fulſiſſet Eoo
Et Satanæ retrò ſe retuliſſet hyems.
Nos itaq' accendunt venerandi inſignia Chriſti,
Et caſtæ invitat religionis amor.

ON

NOVEL.

Deferar in vicum, &c.

IFUGE ſeceſſum, noſtræ fuge culmina villæ,
Et pete clamoſum, parva Novella, forum,
Qua critici regnant, inopinaq' fata minantur
Teq' licet magnam dedecore volunt.
Non critici noſtro poterint nocuiſſe libello;
Quæ nova materies, dulce placebit opus.
Dummodò tractatam popularis protegit aura,
Oſtendes nitidum, pumice munda, latus.
Te pueri juveneſq' legent, matreſq' ſeneſq'
Et cui virgineo ſplendet in ore Decor.

Oblectans

Oblectans teneram mirâ dulcedine mentem,
Tu domino pretium ſed tibi nomen, habes.
Te quoq' gaudebit viſâ pulcherrima virgo,
Dum dulci magicos perlegit ore ſonos.
Dum lacryma in vultu eſt, cuſtodiaq' arcta parentum
Servat, ubi ſolum rus nitet, arva greges.
Hauriet ignotam virgo ſub pectore flammam,
Namq' amor in chartis viſus adeſſe meis.
Cor trepidat venæq' tument, micat ardor ocellis
Jamq' fugâ, rigidum præterit auſa jugam.
Per te cote novas acuet tener ipſe ſagittas
Dum viret in ſylvis luxurioſus, Amor.
Te bene demittens nunquam mendacia veris
Miſcebam; faciles temperat ipſe jocos
Et pudor, et caſto demiſſa modeſtia vultu!
Lauſq' pudicitiæ digna coronat opus.
Scimus, ut ignavi malé ſalſis capta libelli,
Lapſa ſit incautâ mente, juventa ſonis,
In libris ubi lector ovans non repperrit uſum,
Quorum ſtultitiâ pagina nulla vacat.
Tu pater exaudi citharâq' inſignis Apollo,
Et vatis placidâ reſpice mente preces.

Ut,

Ut, quæcunq' levis, quæcunq' effertur ineptè
Fac pereat rutilis irrita charta focis.
Sic fera libertas chartis peritura quieſcat,
Sic ſolitos repetat Muſa pudica jocos.

DEATH

DEATH
OF
BION,

TRANSLATED INTO LATIN.

HEXAMETERS E MOSCHO.

E Moscho versificatio Latina.

VÆ mihi! Perſephone, ſi vitæ parcere florum
Flecteris, atq' tuo marcentia lilia greſſu
Non pereunt, at Sole iterum recreata vigeſcunt,
Cur furit in noſtrum genus haud placanda poteſtas?
Cur feritas invicta manet? redituraq' nunquam
Corpora noſtra viam carpunt, intrantve ſepulchrum?
Aut ubi purpureæ ſaliunt a carcere venæ,
Non redit admiſſus ſanguis, tollitq' cadentem?

Quin

Quin Pietas neglecta jacet, quin vivida virtus
Dextram arcere nequit, vel mortis frangere telum!

Promite lugubres mecum, mea carmina luctus.
Mortiferos hauſtus et tu fera pocula nôſti
Magne Bion, tibi leta dabat, tibi funera Livor.
Quî latro vultus, et lumina ſacra videre
Pertulit? et nondum exutus feritate ſtupebat
Cantibus et magicis, et dulci carmine victus?

Promite funebres mecum, mea carmina, luctus.
Jus venit a cœlo, tardo pede corripit omnes,
Condemnatq' reos; at cum tua fata recordor,
Et cerno fera ſigna Veneni, oculoſq' tumentes
Jura licet moveant Superos vindictaq' manes,
Hei mihi! gutta fluit rurſum, ferventq' Dolores!
Sin velut Orphëo Ditis mihi porta dehiſcat,
Fors mihi conſilium preſens, animuſq' veniret
Viſere tum Stygios amnes ſqualentiaq' orci
Regna; tui cantus, qui ſint didiciſſe liceret,
Munere vel quonam placares pectora Ditis.
Sin te Perſephone numeros, aut carmina poſcat
Qualia vel poterunt infandum Acheronta movere,
Carmine Bucolico demulge ſuaviter aures

Non equidem ignorat flatus, non illa Bubulci
Carmen enim Siculos quondam verſata per agros,
Hæ liquidas tantum Muſas, Nymphaſq' colebat.
Pan etiam audivit gaudens, plauſitq' canenti,
Sæpeq' percuſſum reſonavit carmine litus.
Hos tenta numeros, illam meminiſſe juvabit:
Non mercede ſuâ, non Muſa carebit honore,
At velut Euridicen Orpheus de morte redemit,
Ereptum leto et revocatum carmine ſacro
Te ſocii vates, et te tua ſylva videbit.

THE

SAME,

IN IDEA.

Καλεπ' αλγε επ' αλλη λοις τιθενλες.

IPSE colens cœlum luctus vanaſq' querelas
Aſſiduè miror terrigenumq' preces:
Unum erat at murmur, quiſquis ploravit et aures
Una quidem tetigit ſolicitudo meas.
Damnans fata ſtetit mercator, cuſpide fractam
Viſa oculo ſervans proſpiciente ratern.
Redolet amiſſâ pauper Jovis ante tribunal,
Incuſanſq' Deos fit ſibi cauſa mali.
Iratus ſtudio mediis expirat in agris
Damnat et inventas ſanguine, Miles, opes.
Defuncti vidua infelicia ſidera ſponſi
Advocat, ornatus dilanſeta comas

Quis finis? ni jam cœli divina Poteſtas
Ambroſio tales fudit ab ore ſonos.
" Siccine mortales (inquit) ſacra templa colentes
" In ſe deducunt fulmina miſſa Jovis?
" Sive urbes oculus penetret ceu devia raris
" Sors humana fluit luctibus ampla ſuper.
" Unde fluit queſo, vitæ male conſcius error
" Atq' ſuæ, dederant vulnera nota manus;
" Quod mihi cum bello, ſi gens humana per arma
" Inveniat curſus, in ſua damna, novos?
" Dignus morte perit properans ſua fata, nec acta
" Immerito mediis cærula puppis aquis.
" Crudelem me cunq' vocant, ſors aſpera ſurgens
" Stultitiâ invenit me ſine fine ducem.
" Mens humana nefas errori junxit et arma
" Quam rarò induitur, quæ ratio ipſa, ſuplet.
" Aufugit caſti longê reverentia voti
" Attenuans luctus mœſtaq' corda levans."

MENIPPUS;

OR

FOOLISH AND CAUSELESS PRAYERS OF MEN.

Neq' se fore posthac
Tam facilem dicat, votis ut præbeat aurem.

TERRA Deos ſemper querelâ cum voce fatigans
Sit tibi fas reduci tandem auſcultare Menippo.
Vidi ego nam cœlos homini ſedeſq' Deorum
Ante necem velitas; Socius convivia ſumpſi.
Non conceſſa Deis mortalia vota dolebam
Sparſa repeutino ventorum flamine. Vidi
Cæruleas fremuiſſe domos; dum talia poſthac

Voce

Voce refert hominum Cuſtos " Genus unde ne-
fandum
" Has licuit, fudiſſe preces ? impune querelæ
" Hæne abeunt ? num ſic torpebit inutile fulmen
" Et manus alta Jovis ? mollita ve dormiet ultrix
" Ira Dei ? Satin' haud cœlum temeraſſe Gigantas
" Eſt tibi, quin temere his nugis mea regna
fatigans
" Solicites ? (bix hæc dederat moderator Olympi
Cum Vir Olympiaco quærens ſibi pulvere famam
Orat equos celeres, orat ſibi meta priori
Rideat ! intereà ventos rogat alter et imbres
Demens ! Divorum qui non requieſcat in uno
Qui domitor rerum ſe jactat, et eſſe magiſter.
Herculeas petit alter opes humerumq' valentem
Sufficiente ſuo) " Precibus ne laceſſere cœlos
" Siccine amant ? hominum quanta eſt Veſania !
ſimplex
" Hæc Pietas ! hæc nempè Jovi ſunt aurea dona
" Terrigenûm ! ſi ſtultitiæ nova damna luatis,
" Quid mihi ? fata jubent anne hæc inſania ?
fatum
" Eſt Jovis aietis ? dementia pellit inanes.
" Si pereant cives mortiſne ego cauſa ? abeuntes

" Fœderibus juſtis, gentes pugnare feroces
" Num volui ? res an ferro decernere ſuaſi ?
" Quid mihi deturbata quies everſaq' paſſim
" Oppida ? cauſa fui ? leges rupiſtis et ipſi
" Arbitrio veſtro furialia jungitis arma.
" Ipſe quidem impoſui fines preſcriptaq' jura:
" Sic mare molitus variis disjungere terris
" Fruſtra ego conabar; ſi gens tamen auſa nefanda eſt
" Fluctibus illabi infidis, et ſpernere dicta
" Sit cordi. Si ultra fines et litora currat
" Nauta ferox ? ego cauſa necis ? mortemve paravi ?
" In cauſâ ambitio eſt, quæ miſcet ſacra profanis
" In cauſâ audacis ſcelerata ſuperbia mentis."

OLYMPICK GAMES;

PRIZE POEM.

By Mr. DENMAN.

Ζηνὸς Ολυμπια, &c.

ILLUSTRES ſalvate loci, quibus æmula virtus
Enituit, toties viribus uſa ſuis
O utinam, quales elato Pindarus ore
Ipſa daret nobis fundere Muſa ſonos.
Quæ potior, quam Graiorum certamina noſtris
Materies numeris concelebrata foret.
Quatuor æternant ludi tibi, Græcia, nomen
Quorum bina Deis, bina dicata viris.
De Jove ſupremo ſibi nomen Olympia ducunt,
Unde tenet primum, nec ſine jure, decus.
Pythia ſunt cæci ſerpentis nomina dicta,
Dignatur ludis Phœbus adeſſe ſuis.

Vel,

Vel, quibus Archemon matrem ſolentur Achivi,
Solennes ludos inſtituêre duces.
Et tua, cur fileam, certamina merſa Palemon?
Non tamen hos ludos, funera mæſta voco.
Victor Olympiacus viridi gaudebat olivâ,
Malum victori Pythica palma fuit.
Molle apium capiti victor Nemæus habebat,
Parva licet fuerint præmia, magnus honos.
Pulchrior Eois hæc ſimplex palma coronis.
Scilicet hanc virtus ſola parare poteſt.
Felices animi, quibus in certamina virtus
Æmula, vel laudis miſit honeſta ſitis;
Aut apio aut gracili redimitus tempora pinu,
Inter cœleſtes victor habendus erat.

WORDS AND ACTIONS,

(IN THE DRAMA)

TO BE PROPORTIONED TO THE CHARACTER, &c.

Tristia verba decent, iratum plena minarum.

O TU, Caſtalii deceptum lumine fontis
Quem trahit ac ſtudiis urget amanda cohors,
Carpe viam caute et timido veſtigia greſſu
Fige, per ignotas difficileſq' plagas.
Namq' tibi impediunt rupes, et nubila curſum;
Celat et Aonias plurima ſylva domos:
Livor ibi, inq' bonos inſano dente Poëtas
Stat Furor, a Stygiis edita peſtis aquis.
Nec bona quæ fuerint laudantur carmina ſemper;
Sola movet Lycium pagina laude Deum

Cui

Cui ſpirent voces, et re ſententia compos,
Sive pares Elegos, ſive dicare melos.
Diſplicuit vaſto ſurgens molimine cantus,
Qui tamen in modicum degenerare ſolet;
Tu melius fingas ſibi convenientia verba
Obſervans animo tempora; reſq' notans.
Partibus alternis creſcens ſibi floreat ultro
Scriptura, et niteat viribus uſa ſuis:
Profuit interdum feciſſe probabile carmen,
Quippe nimis vero haud devia nomen habent:
Carmina participans ſublimi digna Cothurno,
Mars crepet in bello conciliiſq' ferox:
Si tibi Melpomene lacrymoſo ſyrmate vultus
Adjicit, aut lepidos feſta Thalia jocos;
Arguat iratum tempeſtas horrida mentis,
Nec vaga deſiliat triſtior unda ſalo:
Eniteat ſervi quædam reverentia vultu,
Ille ſilens capiat juſſa miniſterii:
At dejecta quidem, et perpulchros ſciſſa capillos,
Infauſto plangat corde, Melancholia:
Nec te Muſa juvat, verſuſve elegantia magni,
Grande, vel ignotum concinuiſſe melos;

Si tamen heu ! ſcripti virtutes temperet error,
Et modus in toto carmine nullus erit :
Jam Critici tibi verba movent, tortiſq' flagellis
Arguti librum dedecorare volunt :
Sint una, et parili labantur carmina curſu,
Finis et incœpto congruat ipſe ſuo.

ON

KING EDWARD'S

HASTY MARRIAGE WITH

LADY J. GREY.

Se amisisse quum Carthaginiensem matronam domi acciperet.

WARWICK LOQUITUR.

O UTINAM prorſus pereas mihi cauſa doloris
Litera, dedęcoris nuncia prima mei!
O utinam quovis in litore præda jaceres
Neglecta ultrici dilanianda noto
Aut etiam votis ſi quà id fortuna negaſſet
Materiem viſa delituiſſe meo:
Tempus erat nemini cum mens non præda dolori
Riſit nec requiem fregerat ira meam;

Tum

Tum potui immotus ſtrages et funera mortis
Cernere ; dicebam " te duce fortis ero
" Te figam in ſolio, dilecte Edvarde paterno
" Et faciam validâ ſceptra gerenda manu."
En promiſſe fides ! hoſtis ſtravitq' pudore
Noſtra triumphati dextera militiam.
Te ſoror ut decoret Lodovici, Regia conjux !
Accedo proceres Borbonieſq' domos.
Lingua tuas Edvarde et opes ſpetioſaq' regna
Non ſiluit, cumulans laudem animo immeritam :
Interea ad damnum levis impatienſq' libido
Ferre nequit parvâ tempora junctâ morâ ;
Quin procul abſenti conjux me rapta marito
Flet caſum, aſcendens Elizabeta torum.
Tam ſævis circum ſtimulis levibuſq' ſagittas
Acriter in gremio concitus errat, amor ?
At malè florebunt etiam connubia, crimen
Queis fuit aſpicium, et culpa cubile notat !
Sic olim antoni ſuperata, libidine virtus
Turpiter occubuit Dardiniuſq' Paris
Talia nam licet expromant connubia riſus,
Detrudent populi vindicis arma throno.

Ipſe

Ipſe ego tam nuper fidus, tibi bella movebo,
Arma paro, armatum mox Edoarde cave.
Non mare non curſum retinebunt æquora, tendam,
Nil mihi cum verbis, me mea facta probent.
Miſſus eram ut quicquid pulchri eſt ſub Sole reportem,
In gremio lites bella necemq' fero.

THE

THAMES.

Cæruleus Thamesis cælo gratissimus amnis.

O FONS ô fluvii tacite labentis origo
Te veneror Thameſis, triticeaſq' plagas.
Sive juvet ripis oculos extendere, veſtri
Limina qua regis, ſplendidiora nitent,
Sive magis luctrare locos et rura beata
Quâ ridet venâ divite Fertilitas;
Te miror thameſive pater, circumdate campis
Unde juvet viſu liberiore frui.
Nec procul hinc arces bene jactat Etonia, meter
Doctrinæ, ſacræ cui data clavis aquæ,
Sæpius hic proluta calent juvenilie fonte
Caſtalio Muſæ carmina, carmen amo:

Quà

Quà lyrici vates et quos delectat iambus,
Ordinibus florent et ſine fine canunt.
Adde quibus ſermo queis lingua proſaica laudes
Condidit adjunxit perpetuumq' decus
Non his alta ſilex neq' ſurgat ſidera tangens
Pyramis ! at laurus det pia Muſa ſuas.
Tu Thameſis pandas latis commercia terris
Naviget et ſacras plurima puppis aquas.
Panditur alaratis vento—Rumpente diei,
Quàm petit ardenter nautica turba ſinus.
Divitias crabum, lictâ mercede, reportat
His pani gazas quicquid et Indus habet.

ON

THE SAME.

(A FRAGMENT.)

UBIQ' circum copia divites
Manavit agros, fulget adoreâ
Hic dite, deceſſere tandem
Dira fames rabieſq' mortis.

Quacunq' laxa remigio quies
Præbetur, angor viſere geſtiens
Quà porta regaliſq' rubro
Arguitur memoranda turris.

At ſive templum miror (imagine
Hic buſta regum, Pompa Brittaniæ
Cœlata fulgent! æmulantur
Phidiæ opus monimenta!) ſive

Per

Per alta montis ceu leve vallium
Iter cucurrit lumen: amabilis
Situsq' tum dulcis locorum
Luxuries placet alma visu.

Hic Hic superbo vertice grandior
Etona fulget, blanda scientiæ
Nutrix et apparet juventus
Castaliâ redimitata lauro.

Hic nempe campo fluctibus imminens
Tybris Brittanum, flumen amabile
Susurrat; undantesq' fluctus
Inde, Pater thamesine, volvis.

Commiſceas ſic urbibus otia
Evecta noſtris; Mygdonuim ſolo
I ſparge mermor, ſparge noſtro
Thus arabum Syriaſq' gazas.

ON

CAPTAIN BLIGH'S

DANGEROUS VOYAGE AFTER THE BREAD-FRUIT TREE.

Dum sibi dum sociis reditum parat.

HORACE.

EXPROME ſacrum, Muſa potens, melos
Regina, plectro tu Ducis aureo
Attolle nomen, qui frementis
Oceani ſubiit procellas.

Diros in ipſum ſeditio gravis
Torquebat angues, non tamèn impotens
Mortem timebat, dum tumentes
Cymba natat fragilis per undas.

" O qui potenti ſceptra tenes manu
" Vitæq' mortiſq' inſtituens vices;
" In me ruat, ſi ritè pœnas
" Commenci, ruat omne damnum.

" Hic mæſta circùm cingimur æquore,
" Fam nuper hoſti terribilis manus
" Minante leto; num per altos
" Radet iter ſcapha tuta fluctus

" Cui vela deſunt? irremeabili
" Disjuncta terris oceano manus
" Num parva dum vires ſubactæ
" Deficiunt, ſuperabit undas?

" Vix parva panis fragmina, quæ mihi
" Vel obtulit fors vel potius Dei.
" Benigna cura, ah! tot periclis
" Vix revocant animum labantem.

" Vino nec atras ſolicitudines
" Levare fas eſt; Pallor et horrido
" Exeſa proſpectans meorum
" Eſuries ſedet oſſa riſu.

" Non

" Non gratus humor dulcis aquæ ſitim
" Reſtinguit ; atras ni pluviæ putri
" De veſte, ceu vultu ſupino
" Elicimus bibimuſq' guttas.

" At ſupplicanti tu pater annue,
" Si rite poſco, da facilem mihi
" Curſum per undas ; ſic voluptas
" Exhilarans animos reſurget."

ON

ON

POETRY.

διδεδ' ηδιαν αοιδην.

QUÆ mihi per ſomnos (namquis non ſomnia in uſum
Dirigit) explicuit mens vagabunda, canam.
Phœbe locas famulum vilem me in dulcibus arvis
Quà ver æternum quà ſine labe dies.
Tum variæ rerum facies, vateſq' Deorum
In quibus effulgent, atria longa patent.
Imprimis verſûs genitor mihi viſus Homerus
Et nitidum cinxit pura corona caput.
Cæcus erat ſed Muſa ſenem comitata docebat
Ecitharâ magicos elicuiſſe ſonos.
Quæ mella ore fluunt ſacer ô dulciſq' ſacerdos
Effundiſq' lyræ, ceu Philomela ſonos!
Senſit docta cohors ſenſit parnaſſia rupes
Et fons Caſtalius ſiſtitur arte lyræ:
Sive canas acies ad Dardana bella paratas
Mollior in cantu ſive ſuſurret amor.

Quo te cunq' feras Genii te ſubvehit ala,
Et meritá ævorum laude ſeneſcet opus.
Explicuit tibi ſed fruſtra Natura colores
Cœli et miraclis janua clauſa oculi,
Tam craſſæ infauſtum te deprenſere tenebræ
Et nullum agnoſti tu niſi mente diem,
Sed non propterea ceſſaſſi errare perennis
Quà tibi monſtravit Muſa beata viam :
Te manet invicti ſtomachum bene dicere Achillis
Te Laertiadis fama canenda vocat.
Talia jactabam cum ſe divina per umbram
Miltoni (plauſu non ſine) imago venit
Indigenum nuper magnorum gloria gentis
Cui vel Mæonidi par quoq' fama fuit.
Auſus erat cœli Muſæ ſuper æthera curſus
Flectere et æternum cingere laude thronum.
Tireſias Phineuſq' aliiq' ex ordine vates
Hic Genio ſedes obtinuere ſacras.

LATIN VERSE,

ON MORAL & SACRED SUBJECTS.

DISEASE

MAKES

MEN VIRTUOUS.

Optimos esse cum infirmi simus.

O DEA, quæ gemitus ultrici ferrea virgâ
Sæpe infers ſtygioq' vocas a flumine ſurgens
Morborum omne genus, luciq' inimica, ſorores
Oſtendis ſocias, Febreſq' graveſq' Podogras
Et Rabies Lepraſq' et quæ malè ſerpere in artus
Vulneraq' immiſcere ſolent, altèq' venenum
Inſerere; has tellus Gangrænas alma vocavit
Præſertìm rabidas, quas nulla levamina mulcent!
Adde etiàm Cancros et diras oppida Peſtes
Per Turcæ et Mauri regnam grave et arma tenentes.

Non tamen ex iſtis numeros deducere mœſtos
Accingor, potius tua commoda Muſa ſonabit,
Utq' animo profis cùm triſtia ſæmina morbi
Inſeris ut per te tua lurida damna rependas!
Nec dubitanda loquor. Memini tempuſq' diemq'
Cum ferus obſeſſo ſerpebat languor amico
Te pravum flexiſſe animum te ſpiritum et iras
Strinxiſſe, is veluti ceſſurus tempore vitæ
Pallore incumbente genis multumq' gemiſcens
Eluctanſq' animo: "Longum ſecedite dixit
"Hoſtiles curæ gremüq' valete dolores,
"Et vos æternum ſteriles vaneſcite luxus."
Major adeſt labor, aggredior majora necunquàm
Demoror. Hinc ergo luſusq' et vana voluptas
Dulcibus ille cebris mentem mallè fallere docta,
Cedite et infidas aliis expandite frontes,
Non mihi: me ducat potius Dolor ipſe ſilentes
Per lucos revocetq' animum, mors horrida ſenſus
Implicet atq' hominum ſuprà faſtigia tollat,

O ſi vota ægri maneant, ſi mellea nunquam
Verba voluptatis vel ſirenæa peractum
Planities tibi rumpat iter! ſed fronte ſerenâ

Litas

Litas inoffenſum videas pontumq' moleſtæ
Vitai effugias nec tu perſolvere ſegnis
Vota adſis quæ nunc imâ de mente dediſti
Sin te alias ducant, aliter ſin fata mineatur,
Si te rumpet amor ſeucor maleſuada voluptas
Aut levis ambitio tibi poſthac omina ducet,
Stringit et horrentes gladios et ſanguine curſus
Inficiet, vos Di patrias avertite clades
Et citius fatale caput proſternite leto
Quam ſinite audiri gemitus quam fulgura mortis
Gliſcere per terras, noſtrumve effervere cædes.

Non ægrum Æolii Zephyri non flamina mulcent
Non villa albeſcens non arboris accipit umbra?
Ipſe jacet triſtis naturâ excluſus abomni,
Nec viſus hilares aut quid ſibi pectora, tollit
Præter amicorum, ſolamina triſtia, voces.
Ne tamen hoc grave ſit, nemens effracta fatiſcat,
Tempore non alio ſenſus et pectora languent
Neve latebroſo fugiens a carcere longè
Mens evecta polo eſt, aut vertice ſidera tangit.

Qualis ubi incedit per muta ſepulchra viator
Per virides taxos et funereas cypariſſos

Qualis

Qualis ubi cernit titulos et nomina avorum
Invituſq' gemit fletuq' madeſcit inani,
Talis et ægrorum prope jam confinia mortis
Vultus adeſt languetq' animus nujæq' recedunt.

Sait benè Muſa hominum mentes ut quæque libido
Irrumpens tacitè venis et pectore toto
Sæviat, ut livor (quo non furioſior hydra
Occubuit terris Erebuſve in lumina miſit)
Invigilet penituſq' animos et viſcera labe
Inſerat; hæc Muſa edidicit cantuq' paterno
Mille vias memorare poteſt quibus ipſe mederi
Ritè animo poteris, queis te tibi vincere, quamvis
Altera non leni medicina potentior arte,
Quem morbus fixæq' graves in corpore pænæ.

Part of 25th Chapter of Job (pro conctibus) Tranſlated.

Job loquitor.

QUIS mihi tot luces quis deploranda ſalutis
Heu revocet miſero tempora priſca meæ ?
Quum Deus a cœlo veſtigia nota repreſſit
Umbroſas faciens me ſuper ire vias,
Quum nos ſuſtinuit ſacra indulgentia cœli
Et gremio adfuerent pignora cara meo.
Longævos latè cepit venerabilis honor
Dum loquimur, juveni clauſerat ora pudor.
Tu mihi teſtes eras quantum, lux candida ſolis
Fuderunt capiti prætereunte preces ;
" Hic requies miſeris, fulget plaudiſſima portus
" Et duram miſero cuſſit ab ore famem ;
" Hic pater eſt nobis, hic nos a carcere duro
" Eripit et tenebris mergere cunq' jubet,
" Ut veræ virtutis honos, ut jungere gaudet
" Juſtitiâ mores, ſimplicitate fidem !"

ON

PHILANTHROPY

OF

JESU CHRIST.

Παντας γαρ φιλεεσκε.

QUALE in Sionis vertice, quà Dei
Divina imago fulsit amabile
Jessæus, auspicante Musâ
Fudit, amans tibiæ, sacerdos.

Carmen precabor. Te rabidus Leo
Nascente vires deposuit jubæ,
Tunc ursa crudeles viciſſim
Dididicit furibunda ludos.

Dracone cum sævo innocuus puer
Vagatus est passim. O soboles Dei
O virginis proles pudicæ.
Te veniente, tuosne risus,

Immota

Immota vidit vel radios comæ
Circum micantes, ſidus et aureum
Flammis et infantem pudorem,
Dura cohors? populi minas quot.

Vitabis? umbras quot manus invido
Educet orco, nate gregis vetus
Vulnus mederi, quotve morbos
Eripies rabidaſq' peſtes?

Jam templa Pthiæ nuda jacent, ſine
Honore Delphi, non vaga frondibus
Libros notabit non cavernis
Mœſta debit fremitum, Sibylla.

Per mira ſolves undiq' credulas
Errore gentes. Fortis inambulas
Per arva ponti; liberaſti
Chriſte, Deo dominante, ſervos,

Culpâ nocenti. Voce tuâ procùl
Dæmon latebris plurimus exiit:
Secure ſub ſcuto Parentis,
Solve neci famulos fideles.

Quot verſus orbis jura, neci dabat
Natura luctus? Sol radios negat
Rimiſq' ceu caſura juxta
Templa crucem Solymæ fatiſcunt.

OMNISCIENCE

OF

GOD.

Λυΐος δ' εγνω απανΐα.

MATERIES ſacrata vocat, vis carmine in ipſo
Sit major. Pulſare plagas et ſidera longe
O liceat! dum facto cano miranda Jehovæ,
Dum ſuperas dulci celebro modulamine laudes.
Prome novos fontes et ubiq' laboribus adſis
Muſa meis, animoq' fave. Quam terra chaoſve
Ante fuit, ſeu luce novâ tepuere, vel igne
Sidera. Tu primæve Parens, tu ſole Creator
Es Deus et vigili ducis nova ſæcula motu!
A te, magne Parens, mentis venit orta Poteſtas
Te vigor ardeſcens quin ſpiritus acer in altum
Tollitur et rumpit duræ confinia noctis!

Seu per inequales tractus, et culmina montis
Efferor, aut ſylvas, aut littora nota frequento,

Undiq' te video Artificem, tua factaq' miror,
Qua rigidi assurgunt montes ibi visa Potestas,
Speluncisq' feræ vivunt, et in arce tenellos
Educunt fœtus ; ibi amor spectatur et ingens
Insita cura feris, et proli maxima cura.
Sæpe dat officium furibunda leæna, parentis,
Naturæ ipsa fovet dulces in pectore flammas,
Nec vigil incumbens catulis, hos deserit unquam
Namq' ubi paulatim crescit, vigòr intimus ollis,
Dura pati assuescit juveniles frigora nervos,
Tum sæpe immiti fingit bene corpora bello
Apta nimis ; proli tum vis materna furorq'
Gliscit et ora madent hostili sæpe cruore !

Qui numeri in sylvis ? auditaq' carmina surgunt
Grandius ? hæ voces et carmina sacra magistrum
Æthereum celebrant. At vos ô dicite gentes
Curavis insequitur cursus et sede relictâ
Vadit iter solenne et sese librat in aurâ ?
Cur metuit grassantem hyemem, damnosaq' sentit
Tempora ? quo monitu ? certè hæc exempla docebunt
Cunctis spiritum inesse locis, neq' condita mentis
Æthereum non nosse Deum, cui lumina mille,
Integra cui virtus, cui mens puriſſima candet.

Tempus

Tempus erat quondam, cum mens humana recepit
Divinos fontes cecinitq' arcana futura.
Felices animæ ! queis tanta negotia curæ,
Felices nimium, requieſcite molliter, umbræ !
Nil opus eſt verbis, nil vos celebrare Camenâ,
Sufficiet Pietas, vobis neq' ſaxa nec alta
Pyramidum moles meritum ſacravit honorem,
Sed Pietas ſimplex ! vobis neq' pectora læſit
Pæna, nec e ſolidâ moverunt arce timores.

Quæ cantu majora ſequar ? ſed plurima laudis
Pars nondicta manet. Tibi nullo immenſa Poteſtas
Fine coercetur, clementia limite nullo
Aut placidus retinetur amor. Solvemus honores
Ritè tibi, doniſq' tuas cumulabimus aras.

REPEN-

REPENTANCE;

OR

ASH-WEDNESDAY.

ALCAICS.

PLACATE numen thure nefariæ
Placate gentes; nomen honoribus
Efferte dignis, et cruore
Ara boum tepeat recenti!

Qualis trementes aura Favonii
Redemit alto gurgite navitas,
Qualiſve languentem corollam
Æthereus recreavit imber;

Jam ſacra cœlo venit ab ultimo
Auguſta mater, Religio, graves
Soni verendam dum coronant,
Et placidi comitantur hymni.

Noſtras

Noſtras ne tandem triſtitiæ rigor
Reliquit oras? cum Deus imperet
Movere nos labem, ſalutis
In gremium revocans miniſtros?

Lis, et minaci livor anhelitu
Et cura cedat lurida conſpici,
Et rurſus accedat Parentem
Laude calens, pietatis Ardor.

Huc flecte virtus, huc pia Caſtitas
Verenda curſum, nudaq' Veritas,
Fideſq' conſtanti benignum
Proſpiciens animo Jehovam!

OMNI-

OMNIPOTENCE

OF

GOD.

Οσσονεγω με ἷε ειμι Θεος με ἷε ειμ' ανθρωπος.

SURGE lyra ô agilis, ſacrataq' ſurge Camena,
Et vos carminibus nectite dicta meis.
O utinam quales extincti Iſraelis Orpheus,
Ipſa daret nobis fundere Muſa ſonos,
O utinam Miltoni arderet nobilis ardor
Carminibus noſtris tunc ſuus eſſet honos.
O Deus aggredior ſemper tua numina ſupplex,
Menſq' ſibi ardenti deficit icta metu!
Nec miror cum tanta tibi et tam lata poteſtas
Sit pater emanet voce tremente melos.
Tu tamen ô tantorum animi miſerere laborum
Tu Deus, eximo pectore tolle nefas
Te proles humana videt formidine Patrem
Tu fons virtutis, tu fine labe pius.

Triſte

Triſte Chaos tibi parebat tenebræq' ſituſq'
Te fugere Deum; te venit orta alies.
Sit lux in tenebris, dixti, Lux alma videtur,
Lux fert in lucem facta verenda Dei.
Te venti agnoſcunt, te corpus ſentit aquai,
Caucaſeæ rupes, et tibi paret Atlas.
Tu das peccanti flagrantia fulmina mundo,
Tu quoq' depoſito fulgure, ſceptra tenes.
Luna tibi creſcit vigilans tibi ſidera lucent,
Flagranti et roſeum Sol regit axe diem.
Tu viduam reficis, Moderator amice dolorum,
Quiq' colit cœlos eſt tibi cura, pius.
Tu pater es nobis tu dux, et dulce levanem,
Tu regum domitor, Rex ſine fine mane.
Ut mea Muſa humilis nunquam violarit honores.
Da precor: accipias parvula cœpta Parens.
Tu decus omne dabas homini tuq' Auctor honores
Infers eq' tuo munere vita fluit.
Des ſanam oranti mentem, juſtamq' piamq'
Hæc veniat votis ultima meta meis.
Tu puerum ex infante ſenem a puerelibus annis
Servas; te caſtus, dum mihi vita, colam.

CHRISTUS TRIUMPHAT;

OR,

LATTER END OF THE 6TH BOOK OF

MILTON

TRANSLATED.

EX MILTONO.

NEC plura, vultus induit ſeverior
Chriſtus minaces; quem ſuprema vindicem
Dat pæna circum, pæna triſtis obviam
Itura 'turmis cœlitum rebellibus!

Pœnæ miniſtros Chriſtus indutus graves
Petebat hoſtem: dira præibat rotas
Peſtis ſonantes. Qualia alta murmura
Per ſaxa tendunt amnium ſtrepentium;
Qualiſve greſſus lite jungit horridâ
Cohors minaces: talis acceſſit ſonus
Per vaſta cœli, cum crepabant orbibus

Rotæ

Rotæ ſolutis; quin movente ſpiritu
Nutabat æther, vidit ultorem Deum
Tremuitq' cœlum cardine avulſum ſuo,
Præter Jehovæ ſaxa templi immobilis.
Tum vultus et vis nota primum terruit
Chriſti rebelles; dirus hinc paſſim timor
Dejecit agmen: tum latentes impetus
Depromit audax, ardor atq' fulgurum
Perculſit oculos hoſtium illætabiles;
Spes nulla victis, nec levamen adfuit
Tandem profanis! terra paſſim inutili
Onerata ferro, et ſpiculis remugiit.
Injecta victis tum fuiſſet montium
Tutela moles! Chriſtus ibat impetu
Equitans paterno! quin rubente dexterâ
Laceravit artus, et coruſca flebiles
In terga luctus irritabant fulgura
Extra beatum lumen, et confinia
Cœlorum abegit. Nec fragores inferi
Senſêre non illos; ſed audiit Chaos
Et regna Noctis fugerant decemplici
Tremefacta caſu, ni Creator optimus
Solvenda nunquam vincla poſuiſſet manu.

Hians apertà fauce ter remugiens
Excepit orcus, dira tormenta domus!
Vortex profundus! cujus unda ſulphurem
Eructat æſtu! dentibus nigris ſpecus!
Qua frendet ultrix cura, neve ſontibus
Dat pæna finem deferens precordia.

Οσσομεγω με Ιε ειμι Θεος με Ιε ειμ' ανθρωπος.

"TIMETE gentes, ſacrilegum nefas
" O regna tandem linquite nam Deus
" Hæc veſter hæc cœli Poteſtas
" Eloquor, hinc hominum Parenti

" Sit omnis imis territa montibus
" Evulſa ſedes, undique circuli
" Timore quaſſent inſulcrum et
" Axe tremens ſoliiatur orbis.

" Et tu meorum corda rebellium
" Dilecte vates i ſubigens." Deus
Aiebat et Sionis intus
Viſcera edunt fremitum ima motæ.

Solus bonorum Lux bona civium
Auctor coruſci fulminis imperat
Hoſtemq' deridet prophanum
Damna malis lacrymoſa fundens.

Inertis

Inertis ergo Ten' Erebi ſpecus.
Vidit Creator ? tu mare temperas
Tu Caucaſum vultu ſerenas
Sub clypeo populos obumbrans.

Mandata regis gens metuit ſui,
Regnat tyrannis ille potentior
Huic luctus eſt meror Piorum
Ille decus reficit precantûm.

Beatus ille eſt, cui Deus adfuit
Scutum et tyranni perfurit impotens
Extenſa in æquos dextra nedum
Arce ſuâ pietas recedit.

Ut floret ilex tonſa Aquatonibus
Secura damni ceu more verberat
Rupes eoum, quæ locatæ
Side ſuâ ſolidâ manebunt,

Floreſcit. Hanc non concutiit metus,
Metus malorum ſolicitus comes
Non arma non tormenta regum
Pallet ; ovat ſtabilitus Heros

Super ruentis tela calumniæ,
Chriſti et triumphat ſervus in arduis,
Temnitque pænas, in coruſco
Te Dominum veneratur ignæ.

Conſtenter hauſit fel, ubi dux vehet
Proram a ſiniſtro gurgite? ubi quies
Æterna penſabit dolores
Exhilarans animum fidelem?

Mors viſa triſtis? clauſtra necis tamen
Rumpenter et ſe ſpiritus integer
Extollet et vinclis ſolutis
Ætherios ſuper aſtra curſus

Extendet olim, gloria tunc Deum
Cœli ſequetur, tum radiantibus
Sublata pennis, Te Jehovam
Carmine læta cohors ſequetur.

COMMAND

OF OUR

PASSIONS.

UT SUPRA.

ASCLEPIADS.

Animus si te non deficit æquus.

TO CONTENTMENT.

O NYMPHA ætheriæ ſtirpis, amabile
Os depicta roſis et placidas genas,
Curas difficiles et mala ſomnia
Imo pectore diſſipans.

Cui vultus hilares et roſeum caput
Spondes, non vitreis falſa coloribus?
Cui limen decoras? cui facies nitet
Leni pulchrior Heſpero?

Non qui ter geminis vectus honoribus
Sacræ fertur ovans per ſtrepitus viæ,
Non qui victor adeſt pulvere Olympico
Laurus aut apium gerens:

Tantum magnificâ ſorte ſuperbiet
Quam ſi quem placido lumine videris,
Immiſſa ætherio de Jove cœlitus
Dilectis ſûperum favens!

Te pauper variâ ſolicitus prece,
Te qui dives arat navita Boſphorum
Ambit, te dominus regius hoſpitem
Sumptu non modico petit!

At non purpureis cincta tapetibus
Arrides, nec amas limina divitum
Semper, nec medio ſurgis ab æquore
Nautæ fauſta laboribus.

Tu lucos potuis tu nemora invia
Præclara Æolio carmine diligis,
Odiſti miſeras Nympha cupidines
Juſtorum incola pectorum;

Orata ingenuo tu mihi pectore
Adſis blanda nimis; tunc aderit quies,
Libertaſq' ſoror te comitabitur
Vultu non ſine candido.

COMMAND
OF OUR
PASSIONS.

Animus si te non deficit æquus.

CUR Sophus ignoto verſatus in acre ſemper
Radit iter? cur evectus ſublimibus alis
Uſq' volat? non ſic Aclæus maximus olim
Admonuit patiens, cum vidit in ethera curſus
Quendam intendentem cæcos et nubila cœli,
Quem veræ vitæ ratio et modus ipſe latebat.
Qui ſapit, imprimis ſocialis fœdera vitæ
Condiſcit ſervatq' animo, neq' longius errat
Quin ſenſus animumq' ſuper firmiſſima ponit
Vincula, quæ laxat cohibetq', uti poſtulat uſus.

Sive prope ardentem ficci nos vivimus axem,
Seu nivibus gelidis et iniquo frigore cincti
Concretos imbres meditantem cernimus Arcton,
Mortales ſors una manet, mens unaq' paſſim
Pectoribus viget, at ſtudiis evecta Britanni

Mens floret melior, quam quà ſine legibus ullis
Indus adeſt rigiduſve Scythes manſueſcere neſcit.
Hic tamen ambitio poſitæq' in pectore ſordes
Inficiunt cœleſtem animum, livorq' profanus
Intus bella gerit, ſtimuloq' ultrice fatigat.
Huc Dea libertas tamen audet ſiſtere greſſum,
Atq' tibi ridet præſens capita alta coruſcans
Anglia! tu felix ſi nulla licentia cives
Nulla libido premat!

Felix qui talibus ævum
Tranſigit auſpiciis, primoq' a flore juventæ
(Dum calidus ſanguis, ſolitæq' tumeſcere venæ
Acrius effervent, et mens majoribus ultro
Ignibus ardeſcit) cohilet ſtomachumq' rebellem
Curſibus iratiq' animi dementibus obſtat.
Non res iſta minor, quam ſi quis robore cinctus
Herculeo inſanas tigres et monſtra domarit
Quot nemore Hycano, Libyciſve in ſyrtibus errent.
Ipſe magis laude et celebrando nomine dignus.
Quam vir Marte potens, qui olim felicibus armis
Graſſatus Francorum urbes atq' oppida cæde
Diruit, aut ſævi ſtomachum devicit Iberi,
Aut Rhodanum hoſtili natantem ſanguine vidit.

VERSES

OCCASIONED BY

SULPICIUS' LETTER TO M. CICERO,

On the Death of TULLIA.

ALCAICS.

PATIENCE.

O QUÆ dolores Diva ferentium
Vocata lenis, nunc age ſqualidum
Luctumq' et infauſtas querelas
Sparge procul, miſerata tandem

Eheu! paterni vulneris! O tuum
Si corde figas conſilium meo,
Non damna fortunæve curas
Ferre negam, patiens dolorum

Sic cultor ardens te foveam indies
O Diva conſtans, ut neq' turbida
Fortuna, nec me dira contra
Vis validæ quatiat procellæ,

At

At non querelis ſurda movebitur
Placata votis Mors, Acherontia
Non jura crudelis tyranni
Reſtituent animâ carentem.

Vox viſa nobis ſuppliciter loqui,
" Demitte luctus, erige te malis
" O Marce, tandem reſtitutos
" Redde, precor, patriæ labores;

" Vanos dolores abjice, inania
" Tormenta mentis; te patriæ vocat
" Vox alma, vox præſens, relictis
" Eripe te miſernm querelis.

" Quod ſi peremptæ te tetigit Dolor?
" Debetur annon major amor tuæ
" Quondam vocate, Marce, Romæ?
" Illa quidem ſine te fatiſcit.

Parebo gaudens jam tibi, lætior
Quicunq' mentem ſpe renovas meam,
Parebo, ventorumq' pennis
Immodicum dabimus dolorem.

Securus

Securus in te damna graviſſima
Ridebo, juſtum proſpiciens Deum
Cui mitis arridet Poteſtas,
Quiq' pios relevat dolores.

Quodcunq' ſorti miſcuerit dator
Æquus malorum, ſit mihi perpeti;
O Roma deſcendo miniſter
Ritè tuus, valeatq' maror.

JEREMIAH VALUINATUR.

ECCE dies venient ubigens armabitur olim
Inq' tues tendet rex populator agros.
Tune quidem ſacros audes violaræ prophetas ?
Aſpicis, et toto tu violendus eris.

Digna feres meritis, ſolvent tibi membra timores,
Cujus erat quondam ouga timenda tuis.
Arva premens olim victor radiantibus armis
Poſſidet et triviis " Io triumphe" ſonat.

Somnia ſuppliciis et mortis imagine plena
Terrebunt pavidum te tua; mentis inops
Sæpius heu dices, " Animum modo linquere noſtrum
" Cur vetor, ingenuim ac uſq' ſequeter idem ?

" In damnum aſſurgit cædes truciclenta piorum,
" Sæpius heu letho quos mea dextra dedit;
" Felicem appellor tamen in virtute beatâ
" Luctantem, vitæ quem fugit aura levis :

" Nam

" Nam Deus armavit triplici cum robore mentem
" Speſq' dedit blendas et ſine labe, fidem.
" Ut rupes rediturus aquæ quem verberat æſtu
" Humor, in obliquo litore fixa manet:

" Qualis ovat Pietas, ævi et ſecura laboris:
" Degenereſq' altâ deſpicit arce metus.
" Qualia nunc utinam potuiſſem tangere juſti
" Gaudia vel mentis premia ferre piæ.

Talia dicenti luctuſq' erit alter et alter,
Pluraq' ſunt oculis damna retecta meis.
Pronus in Iſacidum fectur Babylonius arces,
Implet et hoſtiles haſta cruenta manus:

It fuga dejectum fectur quacunque per agmen
Victor et a clypeo flamma micente venit.
Plangite caſuræ Solymorum plangite Turres,
Vos petit et veſtrâ cæde notabit iter.

F I N I S.

10 JY 65